



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

II. Octobris. S. Leodegarivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

**S**LEODEGARIVS nobilissimus Francorum, aulae Clotarii Regis assuetus, & à puero disciplinis litterarum diligenter imbutus ex Pictaviensi S. Maxentii Abbate, creatus est Episcopus Augustodensis. Clotario autem è vitio sublato, & Ebroino callidè se honoribus subducente, primas in palatio Regis Childerici facilè tenuit. Sed Ebroinus, versutus Apostata simul & Tyrannus monasterio Luxoviensi profugiens, pristinam dignitatem repetit, quæ recepta, sanctum Episcopum, à quo se læsum putabat, plusquam Vatiniano cepit odio persequi, captumq; crudeliter luminibus priuavit, & in cænobium quoddam inclementer abdidit. Vbi biennio commoratus cum impietatem Ebroini magnà libertate redargueret, Tyrannus crudeliter fremens & sæuens, eiusdem labia cum linguâ succidit, cuius tamen vsûm, haud multo post in monasterio recepit. Verùm nec istà crudelitate satiatus Ebroinus ipse vitâ indignissimus, vitâ Episcopum nefariè spoliauit, cuius cum capite truncus Pictauii, ad S. Maxentium magnificè conditus est.

*Ex vita, & Molano.*





S. LEODEGARIVS AVGVSTODVNENSIS  
 EPISC. M. ORD. S. BENE DICTI.  
 Tunc Ebroinus maior domus regiae oculis euulsis  
 labijs cum lingua succisis demum capite truncare iussit.  
 .A. C. DCLXXXVIVI. Non. Octobris.

V. OCTO.

ctus,  
 . Ma  
 e viuis  
 Regis  
 yran  
 uare  
 o cz  
 ium.  
 tatem  
 niens,  
 mo  
 indi  
 is

EO